



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Calceum exuere Rabbini tradunt fuisse formulam traditionis, sive  
acquirende Domini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

rimonia solemnitas fuit, ut exueret calceum, & proximo suo daret. Meminit hujus ritus vetustissimi historia Ruthæ. *Obtinuit olim in Israel in redemptione & in permutatione, ut firmaretur negotium extraheret homo calceum suum, & daret proximo suo, eratque hoc testimonium in Israel: dixit igitur redemptor ad Boaz, posside tu pro me, & extraxit calceum. Et dixit Boaz ad seniores, & ad cunctum populum, testes vos estis hodie quod possederim omnia que fuerunt Elimelech &c. Scilicet in redemptione & permutatione, ad firmandos contractus in usu fuit extractio calcei, ut hoc solemnitate rei transactæ testimonium extaret, & cuncta rata haberentur, uti apud nos clavium traditio, pedis positio, & alia istiusmodi.*

Ruth. 4. 7.

III. Agnoscunt hunc ritum Judæorum magistri, & veterem quandam ac solemnem traditionis seu acquirendi domini formulam fuisse volunt. Ita Abarbanel, qui prolixus est ut ostendat ad venditionem & jus redimendi vel retrahendi patrimonium venditum hanc ex-

Abarb. in  
Deut. 25.

Midrasch.  
fol. 42.  
col. 2.

R. Sal.  
Iarchi  
ad h. l.

Druf.  
Quæst.  
Hebr. l. I.  
cap. 46. in  
Comm. in  
Ruth.  
Buxt.  
Lex. Talm.  
p. 1443.

tractionem calcei pertinuisse. Paria legere est in Midrasch Ruth, ubi hæc de solemnibus, quæ inleverat, traditionis seu acquirendi domini formula exponuntur. Quæ confirmat R. Salomon Iarchi, qui pro hoc ritu, jam abolito, in more esse dicit, ut contrahant per pannum, qui vulgo סודר, sive sudarium dicitur, unde emptio sudar, quam linteatam non male voces, in jure Hebræorum. Ita enim notavit de calceo: וְהוּ קָנִין כְּמוֹ שֶׁאֵנוּ קוֹנִין בְּסוּדָר לְעַלְמָא דְּמִקְוָא נְעִירָא inde acquisitio, quemadmodum & nos acquirimus seu emimus sudario, sive linteo, loco calcei. Putat videlicet emptionem sive acquisitionem, quæ olim calceo fiebat, nunc בְּסוּדָר sive sudario fieri. Quæ sit קָנִין סוּדָר possessio sudar, id est, quæ per pannum vel linteum tactum ac comprehensum emptori acquiritur, jam dudum ex Elia Levita docuit Drusius, & in magno opere Johannes Buxtorfius, qui istius ritus, quo ætas posterior in contractibus est usa, in suo Thesbi meminit. Hodie apud nos moris est, inquit, cum emimus, vel contractum inimus cum aliquo, adhibere

bere solemus pannum quem sudar vocant. Eum apprehendunt duo testes, in quorum presentia exponuntur verba contractus. Quibus expositis, uterque vestis explicat oram vestis suæ quam deindeprehendunt partes contrahentes, eo ipso testantes se ratum habituros, quidquid contractum fuit: Hoc vocatur hodie apud Judæos  $\tau\pi\omicron\ \rho\iota\pi\omicron$  Emptio, acquisitio, possessio per sudar.

IV. Sed in alia omnia Flavius Josephus abit, qui hanc historiam ex ea lege exponit, de qua superiori capite disputavimus, & extractionem calcei ad eum ritum refert, quo à vidua leviro calceus detrahendus erat. Verba præstantissimi scriptoris sunt. Κακείνῳ (Boaz scil.) ἤδη μεσῶσης τῆς ἡμέρας κρατῶν εἰς τὴν πόλιν, τὴν τε μερσίαν συνῆλθον, καὶ μεταπεμφάμενῳ Ρούθην, ἐκάλεσεν αὐτὴν καὶ τὴν συμενῆ καὶ παραγενομένης φησὶν, Αἰβιμελέχε καὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς κλήρων κρατεῖς; ὁμολογήσαντες ὅτι συγχωρῶντων τῶν νόμων καὶ τὴν δὲ χειραίαν; ἔκταν, φησὶν ὁ Βόος, ἐξ ἡμισείας δεῖ μεμνήσθαι τῶν νόμων, ἀλλὰ πάντα ποιῆν κατ' αὐτῆς μετῶν. ἰδὲ γὰρ δεῦρ' ἤκει γὰρ γαίον.

Joseph.  
Ant. Iud.  
l. 5. c. 11.